



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Ludere cum ijs, qui alienare nequeunt, num. 18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

quæri potest, an alter vincere, plus dendo numerata pecunia; non obstat, quam habeat, possit? v. g. habet quis solum quatuor, potestne sine injustitia vincere octo vel plus? Respondeo, uno jaetu, & cum una persona non potest, quia contractus non esset æqualis, si solum potest perdere quatuor, sed vult vincere octo.

*s. l. sot. in 4. qu. 5. ar. 2. Aragon. 2.  
2. qu. 32. ar. 7. Alcoz er tr. de Ludo, c.*

*16. alij,*

16. Dixi (cum una persona) siquidem quando sunt plures colludentes, v. g. sex, & singuli ponunt v. g. quatuor, poterit viator uno jaetu vincere viginti à quinque suis collusoribus.

Dixi item (uno jaetu) nam in toto ludo distingui solet. Si enim tu fingas, habere multum pecunie, decipi alium, qui putat te habere multis nummios, teneris restituere illud plus, quod lucratus es. At vero si nihil fingas, non teneris. Ratio est, quia in priore casu tu illum fallis, in posteriore ipse se decipit. Verum cur ea dem distinctio adhibita non est, quando agitur de uno jaetu?

*i. Id debent docere Sanc. Lopez, Beja,  
Tol. alij, cit à Diana p. 1. tr. 8. ref. 67.  
dam ajunt, posse vincere plus, quam quis  
potest perdere.*

17. Expeditus igitur dic, id, de quo disputamus, in praxi raro continere. Nam quanvis lusor non habet actu, nisi v. g. quatuor, habet tamen potentia, cum possit regulariter ab aliis sibi mutuare, atque adeo perdere credito; sed absit fraus nolendi deinde solvere; hoc enim pacto clare esset in justus contractus, uerdictum est nu. 15.

*Neque obstat, pactum fuisse de lu-*

*dendo numerata pecunia; non obstat, inquam; nam si re vera sim deinde pecuniam ex mutuo, vel ex aliqua alia ratione habiturus, eamque colludenti sincere soluturus, non est, unde judicer, pactum graviter infringere. Quæ doctrina etiam videtur vera in ludente pecunia prouersus nulla, sed cum animo, ut si perdat, sincere soluturus propediem fit.*

*Ludere cum his, qui alienare  
nequeunt.*

18. Qui cum his ludit, & peccat, & restituere tenetur, quod lucratur. Rursus ij, qui nequeunt alienare, quia pecuniam propriam non habent, quam collusori forte vincenti solvere possint, tenentur eidem collusori restituere, quod lucrati fuerint.

Ratio hujus dicti posterioris est, quia non inierunt contractum æqualem, dum vincere voluerunt, sed perdere non potuerunt. Ratio prioris est, quia acceptarunt rem alienam, invito domino. Excipe, nisi collusor sciat, illum alienare non posse, illum esse. v. g. filium familias carentem peculio; tunc enim restituere filius familias non tenetur, is quod vincit, quia collusori scienti & volenti nulla facta est iniuria.

*u Sayr. Henr. Azer. Bon. apud Di-  
an. p. 1. tr. 8. ref. 67.*

Iam percurramus singulos, qui alienare nequeunt.

Filius familias, quid possit in ludis expendere, dictum superius est, & numerum tangam mox nu. 27.

19. Vxor potest perdere, primò bo-

*na para.*

*Qq*

